

EPISTOLAE VIVIS.

Vives D. Fran. Cranauldio suo S.

difficultas
in eligendis
iudicibus con-
ciliij tunc
tini



ELIM scire cuiusmodi
visa est tibi egregia illa
mea censura de tua inter-
pretatione, quasi verò tan-
tundem ipse possem præstare. Sed cer-
tè sutor de crepida Apellem admo-
nuit, quam ipse non quiuisset pingere,
sed scio te boni consulturum quæ inter-
nos aguntur pro iure nostræ amicitie,
ἀλλὰ περὶ τῆς πολιτείας, quæ maioris est mo-
menti, quàm ista nostra φιλολογούμενα. Aiūt
Principem recepisse Germanis se cele-
braturum concilium, quod indicet an-
te sex menses: id vtrum vltro an ex-
pressum nescitur. O magnæ difficul-
tatis mi Cranaueldi, qui erunt iudi-
ces? quibus credetur tabella tantæ
rei in qua salus Christiani orbis collo-
cata est? Initiati omnes suspecti & in-
uisi Germanis, καὶ μάλις αὐτοὶ ἀδελφοὶ. Profani
despecti & contēpti initiatis, tanquā
homi-